UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Decretum Gratiani

**Gratianus <de Clusio>**

**Parisijs, 1542**

Lvj. de filijs p[res]b[yte]ro[rum] [et] nat[ibus] de fornicatione [et] adulterio non ordinandis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62466

Visual Library

c.ad.l.iul.de vi priua.qm̄.et.xxiij.q.v.cum homo.

PResbyterorū. ¶ Hec diſt.diuiditur in tres partes. In prima probat ꝙ nullus illegitime natus promouet̄ niſi in cenobijs vel canonia regulari: et hoc probat per ca.vrbani. quod ſolum ca.continet ius commune. Secunda ibi: Sed hoc. Tertia ibi: Contra. Joan. de fan.

ter vel mater artem ludicram fecit, tamen poteſt illam ducere cuius auus vel auia artem ludicram fecit: vt.ff. de ritu nup.l.lege iulia.§.j.

d ¶ Cenobijs. Sed hoc ad facilitatem diſpenſationis referas vt quidam dicunt. Idem eſt vbicū𝔮 conuerſentur religioſi: quia locus non ſanctificat hoīem: vt.xl.diſtin.non loca. nam conuerſati in monaſterijs ſepe deteriores ſunt alijs vt.xlvij.diſt.quantumlibet.

Filij pbro℞ dupliceſ ſūt. a ¶ Preſbyterorum. De legitimis filijs nō eſt dubiū quin licite promoueantur.j.e.§.cum ergo.ſed illegitimi nō: ſi tamen ſint in monaſterijs vel canonijs regularib⁹ licite promouent̄: vt.j.ea.ca.j.et extra.e.ca.j.et.c.ad abolendam. quia igreſſus monaſterij tollit irregularitatem: † vt.xvj.q.j.legi.xix.q.vlti.ca.vlti.⁊ in aut̄.de monacpis.in prin̄ci.coll.j. Licet quidam cōtrarium dicant: ⁊ dicūt ꝙ religio circa eos non plus operatur, niſi ꝙ facilius cum eis diſpēſatur. argu.pro eis.lv.diſt.cap.priſcis.⁊.l.diſtin.cap.ſi ille. Et dico epiſcopū poſſe diſpenſare circa tales: vt ex̄ eo. veniens.et capitu.ex trāſmiſſa.‡ ſed ſolus papa diſpenſat cum eis in epiſcopatu: vt extra de elec.innotuit. Dicunt tamen quidam ꝙ circa paternas eccleſias immediate habendas ſol⁹ papa poſſit diſpenſare.arg.extra eo.ex tua.‡ quod non credo, per illā decre.veniens. Joan. Sed certe ſolus papa diſpēſat in hoc caſu: vt extra eo.capi.dilectus filius.⁊ extra eo.cap.vlti.vbi de hoc tractatur.B.

† Ar.ꝯ ex̄ q̄ cleri.vl' vouē.c.ij.⁊ ꝺ apo.c.ij.vbi ꝺ hoc.⁊ ibi videas.

‡ Inno.intelligit iſtā decre.ꝺ diſpēſatiōe pape.aliq̄ ꝯ.e.tit.ꝯq̄rēte. Archi.

‡ dicas ſꝫ ray.⁊ hoſti.ꝙ ī talib⁹ eccleſijs pōt epūs diſpēſare cū filio illegitimo vt pbat̄ i hac decret̄.ex tua.cuꝫ ibi rñdeatur ad ꝯſultationē Archi.

PResbyterorū [a] etiā filij ad ſacra officia nō ſunt admittēdi. Unde Urban⁹ papa.ij.ait.

¶ Filij preſbyterorū a ſacris prohibentur officijs.

PResbyterorum [b] filios [c] a ſacris miniſterijs remouemus: niſi aut in cenobijs [d] aut in canonijs religioſe probati fuerint conuerſati.

Sed hoc intelligendum eſt [e] de illis qui paterne incōtinentie imitatores fuerint. verum ſi morū honeſtas eos cōmendabiles fecerit: exemplis ⁊ authoritatibus non ſolum ſacerdotes, ſed etiam ſummi ſacerdotes fieri poſſunt.

Unde Damaſus papa ſcribit Hieronymo preſbytero.

¶ Palea.

OSius papa fuit filius Stephani ſubdiaconi. Bonifaci⁹ papa fuit fili⁹ Jucundi preſbyteri. Felix papa filius Felicis preſbyteri de titulo faſciole. Agapitus papa filius Gordiani preſbyteri. Theodorus papa fili⁹ Theodori epī de ciuitate Hieroſolyma. Syluerī⁹ papa filius Syluerij epiſcopi Rome. Deuſdedit papa filius Jucundi preſbyteri. Felix etiā terti⁹ natione Romanus ex patre Felice pbr̄o fuit. Item Gelaſius natione Apher ex patre epō Ualerio natus eſt. Item Agapitus natione Romanus ex patre Gordiano pbr̄o originem duxit. Complures etiam alij inueniuntur qui de ſacerdotibus nati, apoſtolice ſedi p̄fuerunt. Hinc Auguſtinus ait.

¶ Uitia parentum filijs non imputentur.

UNdecū𝔮 homines naſcant̄: ſi parētum vitia non ſectantur, honeſti et ſalui erūt. Semen em̄ hoīs ex qualicū𝔮 hoīe, dei creatura eſt: et eo male vtētib⁹, male erit: non ipſum aliqn̄ malū erit. Sicut autē boni filij adultero℞ nulla [f] eſt defēſio adulterij: ſic mali [g] filij coniugatorum nullum eſt crimen nuptiarum.

Itē Joannes chryſoſtomus.

¶ Sed hoc. ¶ hec eſt ſecunda pars huius diſti.in qua probare vult ꝙ ſi boni fuerint, non nocent illis natales parentū.et hoc vult probare per viij. authoritates. Jo.de fan.

¶ Caſus. Dicit Gratianus ꝙ ſupradicta intelligūtur de filijs ſacerdotum qui paternam incōtinētiam imitant̄.ſed ſi ſunt bone vite, nō ſolū ſacerdotes, ſꝫ etiā pape fieri poſſūt. Qꝺ probat̄ exemplo Bonifacij, Felicis, ⁊ Agapiti: et multo℞ aliorū qui fuerunt filij ſacerdotum: et tamē ad ſummum ſacerdotiū ſunt prouecti.

e ¶ Sed hoc intelligendum eſt. Iſtud ſpectat ad principiū capituli.

PResbytero℞. ¶ Caſus. Queſitum fuit an filij preſbytero℞ ſint promouendi. Et rñ.ꝙ nō: niſi in monaſterio vel regulari canonia fuerint conuerſati.

b ¶ Preſbyterorum. Idem de diaconis ⁊ ſubdiaconis quia non eſt alia cauſa prohibitionis niſi quia timentur in eis exempla paterni criminis: vt.vj.q.j.ſi quis cum.et etiam propter odium paternum: vt.xv.q.vlti.cum multe.et.xxiij.diſt.quando.

c ¶ Filios. Sed nunquid hoc ad nepotes extenditur? et videtur ꝙ ſic: quia nomine filiorum nepotes continentur.ff.de verbo.ſignifi.liberorum.et argu.ff.ad maced.filium. Sed non eſt ita: quia odia ſunt reſtringenda: vt de peniten.diſtinc.j.pene.ff.de liberis et poſthu.cū quidam.tollitur enim vitium per ſucceſſionem: vt.j.ea.dominus, et licet ſenator non poſſit ducere illam cuius pa-

Filiorū appellatione nepotes cōtinent̄.

OSius.al's Oroſius. Oīa iſta exempla intellige de his qui in laicali ſtatu vel minoribus ordinibus orationib⁹ parentū ſuſcepti ſunt: qn̄ ſuis parentibus licebat vti vxoribus ſuis.j.ea.cum ergo. Archi.

UNdecū𝔮. ¶ Caſus. Ab hoc loco vſ𝔮 ad.§.cōtra. probat Gra.peccata parentū filijs non imputari. Due queſtiones facte fuerūt Augu. Prima fuit an peccata parentū filijs imputent̄. Et reſpondet ꝙ non, ſi paterna vitia nō ſequantur. Secūda fuit, an mali filij coniugato℞ nuptias vituperent. Et reſpondet ꝙ non: ſicut nec boni filij adultero℞ eos ab adulterio excuſant.

f ¶ Nulla eſt. Similis locutio. Ueſtes quas geritis ſordida lana fuit.

g ¶ Sic mali. Nota ꝙ bonum precedens non excuſat malum ſequens: nec bonum ſequens purgat malū precedens: vt.xxiij.q.v.relegentes.et.xxiij.q.v.forte.⁊ capi.ne𝔮. Sed verum eſt ꝙ non nocet delictum patris filio quantum ad vitam eternam: nocet tamen quo ad ordinem: item quo ad ſucceſſionē: vt.vj.qō.j.ſi quis eū.item quo ad alias penas: vt.j.qō.iiij.§.item peccato. Mirius at tamen loquitur lex de illis qui ſpurij ſunt, ꝙ non obeſt

eis hoc quin poſſint eligi ad decurionatum: quia non eſt impedienda dignitas eius qui nihil admiſit: vt.ff. de decu.ſpurij.in princ.et.l.generaliter.§.ſpurios.et Boetius. Quid genus aut proauos ⁊c. Et Iuuenalis Tolle tuum Hannibalem: malo pater tibi ſit Terſites: dummodo tu ſis Eacide ſimilis. vulcaniaqȝ arma capeſſas: Quan te terſite ſimilem producat Achilles.

N Unqȝ. ¶ Caſus. Dicit Ioan.chryſo. ꝙ nunqȝ filius debꝫ erubeſcere ꝺ vitijs parentuꝫ, dummodo ſit virtuoſus. Naꝫ quantūcunqȝ quis matrem habeat vilem et pollutā: nūqȝ de eius vilitate obfuſcabiꝶ vel polluetur: quia ſi fornicatrix vel fornicator poſt penitentiā ex vita non maculatur: multo minꝰ maculatur filiꝰ de meretrice natus, ſi virtute ꝓpria decoratur: immo magis laudandus eſt qȝ natus ex bonis et nobilibus parentibus ſi maliciam ſequatur et malus ſit.

a ¶ Neſcio. hoc dicit: ꝙ ille qui natus eſt ex parentibus prorſus alienis a virtutibus, dum tamen ipſe ſit bonus, melior eſt qȝ ille qui natꝰ eſt de bonis parētibꝰ, licet ipſe etiam ſit bonus.

b ¶ Parentibꝰ.i. ratione parentū.

N Aſci. ¶ Caſus. Ruſinꝰ natus fuit ex adulterio: ⁊ ideo deſpiciebat creatorem q̇ ſic eum formauerat: et culpabilem et peccatorem ſe ꝓpter hoc reputabat. Sed Ioannes Chryſoſtomus ſcribit contra eum, ⁊ docet ꝙ propter hoc non debet deſpicere dominum: nec ſe peccatorem reputare: quia non ipſe, ſed qui eum de adulterio generauit, peccauit, ſemine abutendo: ſicut nec peccat ſemen quod in ſulcis naſcitur: ſed peccat fur qui rapit. et conſolatur eum duobus exemplis: ſcilicet Iepte, qui licet fuerit filius meretricis, tamen ſanctus fuit. Et exemplo Eſau, qui licet natus fuerit de legitimo coniugio, tamen malus fuit et peſſimus.

Nam mala parētū filijs nō iputāꝶ ff. ꝺ decu.l.ij.§.ij.et vlti. ⁊ ſi ſi fugitiui fugitiuus filius non eſt. ff. de fugiti.l.j. fm L.

Magis eni admirabilis eſt q̇ exemplar nō habuit ⁊ bonꝰ eſt, qȝ q̇ habuit et bonꝰ eſt. arg xcvj.d., in ſcripturis. Archi.

super Mattheū homilia.iiij.

N Unqȝ de vitijs erubeſcamus parentū: ſed illud vnū queramꝰ ⁊ ſemper amplectamur, virtutem videlicet. huiuſmodi etiā ſi alienigenam quis habeat matrē, etiā ſi fornicatione pollutā, vel quolibet huiuſmodi dedecore ſordidatam: nihil tamē de eiꝰ aut vilitate fuſcabiꝶ, aut crimine polluetur. Q̄ ſi fornicatorem ipſum ad meliora cōuerſum nequaqȝ prior vita commaculat: multo magis ex meretrice natus et adultera, ſi ꝓpria virtute decoretur, parentum ſuorū non dedecoratur opprobrijs.

¶ Itē nō eſt oīno nec de ꝟtute, nec de vitio parētū, aut laudādus aliqs, aut culpādꝰ: nemo vere inde aut obſcurꝰ, aut clarus eſt: immo etiā (vt conſiderātius aliqd dicamꝰ aut expreſſius) neſcio [a] quomodo ille magis reſplendet q̇ natꝰ eſt ex parētibus [b] a virtutibus prorſus alienis, qȝ ipſe q̇ fuerit dei virtute mirabilis.

Item Hieronymus in epiſtola contra Ruſinum.

¶ Non parētum, ſed propria culpa queqȝ condēnat.

N Aſci de adulterio non eſt eiꝰ culpa qui naſciꝶ, ſed illius qui generat. Quomodo in ſeminibꝰ non peccat terra que confouet: non ſemen qđ in ſulcis iacitur: nō humor vel calor quibꝰ temperata frumenta in germen pullulant: ſed (verbi gratia) fur et latro q̇ fraude et vi eripuit ſemina: ſic genꝰ humanū recipit terra.i. vulua qđ ſuū eſt [c]: ⁊ receptum cōfouet, ⁊ cōfotum corporat: corporatum in membra diſtinguit, et inter illas ſacri ventris anguſtias dei manus ſemper operaꝶ: idemqȝ corporis creator et anime eſt. Noli deſpicere bonitatem figuli (id eſt dei) qui te plaſmauit et fecit vt voluit. Ipſe eſt dei virtus ⁊ dei ſapientia, qui in vtero virginis Marie edificauit ſibi domum. Iepte inter viros ſctōs [d] apoſtoli voce numeratus, meretricis eſt filius. Eſau de Rebecca ⁊ Iſaac hiſpidus tam mente qȝ corpore, quaſi bonū triticum [e] inter loliū auenaſqȝ degenerat: quia non in ſeminibꝰ ſed in voluntate naſcentis cauſa vitiorum eſt atqȝ virtutū.

Item Auguſtinus.

¶ Iniquitates parentum filijs obeſſe non poſſunt.

S Ponſus [f] ille qui vocaturus erat ad nuptias bonos et malos, congruens inuitatis naſci etiam voluit de bonis ⁊ malis: quo exemplo diſcant parentum ſuorum filij iniquitates ſibi obeſſe non poſſe.

Item Gregorius.

¶ Non aliena culpa, ſed propria aliquem ab eo quo fungitur deijcit gradu.

S Atis peruerſum [g] ⁊ contra eccleſiaſticā probatur eſſe cēſurā, vt fruſtra quorūdam parentū voluptatibꝰ,

c ¶ Quod ſuum eſt. Mulieres enim ad hoc natura genuit, vt partus ederent: vt.C.de indi.vidui.l.ij.et pudor eſt feminis nuptiaruꝫ premia nō habere: vt.xxxij.q.ij.pudor.

Mulieres ad pro ducūꝶ. Et eſt maximum in mulieribus ꝯcipeꝶ ⁊c. ff. ꝺ edili.edic. querit. §.j.

d ¶ Uiros ſanctos. Tamē in hoc nō fuit ſanctus, ꝙ temerarium iuramentum voluit ſeruare: vt.xxij.queſtio.iiij. vnuſquiſqȝ. Ibi inuenies hanc hiſtoriam ſm hug.

Eccli. xxxiij. j.Corin.j.b

e ¶ Bonum triticū.xxiiij.qō.j. quoniam vetus.

S Ponſus ⁊c. ¶ Caſus. Dicitur in hoc capitu. ꝙ Chriſtus qui quotidie vocat bonos et malos ad nuptias ſuas, naſci voluit de bonis et malis parentibus: vt eius exemplo diſcamus vitia parentū nobis non obeſſe.

Iudi. xj.a. Geñ. xxv.c.

f ¶ Spōſus. Eccleſia vocaꝶ ſponſa Chriſti: quia adhuc per delictuꝫ ſeparari poteſt ab ipſo, ſicut ſponſa a ſponſo ante conſūmatum matrimonium: ſed in futuro ſeculo dicetur vxor, q̄ modo ſponſa dicitur.vij.q.j.ſicut vir.

Eccl'ia eſt xp̄i ſpōſa ⁊ non vxor.

S Atis peruerſum. ¶ Caſus. Quidam epiſcopꝰ volebat priuare qſdam clericos officio et beneficio propter peccata parētuꝫ. Sed dicit Gregorius ſatis eſſe ꝑuerſum vt deijciatur ab officijs vel gradu quem proprium facinus vel culpa non deijcit.

g ¶ Satis peruerſum. Iſtud capitu. intelligitur de iam promoto: talis enim propter delictum alterius non priuatur iure ſuo. non enim priuandus eſt quis iure ſuo niſi pro grauiſſimo delicto: vt.xvj.q.vij. inuentum. et.lxxiiij.diſtinctio. geſta. excipiunt quidam caſum in eo qui ignoranter adeptus eſt beneficium pecunia patris:

vt.j.q.v.c.j. Sed illud ideo perdit, qꝛ furtiuum eſt. Sed quid ſi pater commiſit crimen leſe maieſtatis: nonne filius priuādus eſt beneficio: cum ſit infamis factus? vt vj.q.j.ſi quis cū. ⁊ infames promoti etiā deijciuntur: vt vj.q.j.infames? Non. qꝛ cū clericus ſit, eſt a iuriſdictione principis exemptus: vt.xcvj. diſt. duo.j.q.iiij.§. contra.in fin. Itē fallit illud extra de eccl. edi.ad audientiaz.ij. et extra de cleri. egro.c.ij. vbi quis ſine culpa priuat̄ iure ſuo hoc tamē ſcias ꝙ multotiens quis punitur ſine culpa: ſed non ſine cauſa: vt extra vt lit.non conteſt.qm̄ §.xxxiiij.diſ.ſi cui⁹ vxorem.

Patris delictū etiā grauiſſimū nō tollit filio bñficiū

lam: et ex ea genuit iſmaelem: qui repulſus fuit a populo dei: non ideo quia natus fuerat de ancilla: ſed quia faciebat iniuriam fratri ſuo Iſaac, compellendo ipſum adorare terreas imagines: ⁊ alias ſibi nocendo.

c ¶ Fraterna diſcordia quam habuit contra Iſaac, xxxij. queſtio. iiij. recurrat.

ſuis quis priuet̄ officijs, quem ſua culpa, vel facin⁹ ab officij quo fungit̄ gradu nō deijcit.

Item Hieronymus.

¶ Ex adulterio nat⁹, a ſacerdotio non prohibetur.

DOmin⁹ noſter Jeſus Chriſt⁹ voluit nō ſolū de alienigenis ꝯmixtionib⁹, ſ; etiā de adulterinis naſci: nobiſ magnam fiduciam preſtās vt qualicūq; modo naſcamur (dū tamē veſtigia ei⁹ imitemur) ab ipſi⁹ corpore non ſeparemur, cui⁹ p fidē mēbra effecti ſum⁹. Et ſicut ille ver⁹ eſt pontifex, ex adulterinis nat⁹ cōiunctionib⁹: ita qualicunq; ordine natus ſit aliq̄s: tñ vt pfectā fidē habeat: ⁊ qđ fide tenet, operibus impleat: ſitq; literatus, et vir vnius vxoris, nequaq; a ſacerdotio [a] repellitur [b]. Judas enim patriarcha concubuit cū Thamar nuru ſua: et ex illo concubitu nati ſunt Phares ⁊ zaran: inde poſtea Salmon, qui fuit dux in deſerto. Inde Obeth. Inde quoq; Booz. Inde poſtea Iſai, q̄ fuit pater Dauid. Ex illa ergo progenie origo ducit̄ Chriſti, qui verus ſacerdos eſt: ideoq; ſi filij eius ſumus: que ipſe fecit, nos imitari debemus.

Itē Aug. de vnico baptiſ. li.j.

¶ A populo dei non ſeparat aliquem materna cōditio, ſed propria culpa.

ISmael vt ſepararet̄ a populo dei, non obfuit mater ancilla Agar: ſ; obfuit fraterna [c] diſcordia: nec ꝓfuit poteſtas [d] vxoris: cuius magis fili⁹ erat: qꝛ per ipſi⁹ iura cōiugalia et in ancilla ſeminatus erat, et ex ancilla ſuſceptus eſt.

Contra, Bonifacius martyr ſcribens regi Anglorum.

¶ Uitia parentum etiā ad poſteros transferuntur.

SI gēs Anglorū (ſicut p iſtas prouincias diuulgatū eſt, ⁊ nobis in Frācia ⁊ in Italia iproperat̄, ⁊ ab ipſis paganis iproperiū nobis obijcitur) ſpretis legalib⁹ connubijs adulterādo ⁊ luxuriādo ad inſtar ſodomitice gentis fedā vitā duxerit: de tali cōmixtione meretricū eſtimandū eſt degeneres [e] pplos ⁊ ignobiles ⁊ furentes libidine fore ꝓcreādos, et ad extremū vniuerſam plebem ad deteriora et ignobiliora vergētem, et nouiſſime nec bello ſeculari fortem, nec in fide ſtabilem, et nec honorabilē hominib⁹, nec deo amabilē eſſe vēturam: ſicut alijs gētibus Hiſpanie ⁊ ꝓuincie ⁊ Burgūdionū populis contingit. q̄ ſic a deo recedētes fornicate ſunt donec vindex taliū criminum vltrices penas per ignorātes legem dei. i. per ſarracenos venire ⁊ ſeruire permiſit [f].

Unde idē Urb. in fine ſuperioris ca. preſbyterorū, diſtinguendo ſubiunxit.

DOminus nr̄. ¶ Caſ⁹. Hierony. fuit interrogatus an ille q̄ naſcit̄ de adulterio, repellatur a ſacerdotio. Et reſpōdet ꝙ non, ſi eſt bone vite: et hoc probat exemplo chriſti, q̄ naſci voluit de adulterinis cōmixtionibus et alienigenis, dans nobis fiduciā vt vndecunq; naſcamur, ſi boni erimus, ꝙ non repellimur a ſacerdotio: et ꝙ xp̄s natus fuerit de adulterinis cōmixtionibus, ꝓbat per genealogiaz: incipiēs a iuda priarcha: q̄ cum thamar nuru ſua inceſtū et adulteriū cōmiſit: et ex illa gñatione plures nati ſunt poſt quos dauid: ex q̄bus chriſtus origīnem duxit.

Gen. xxxviij. b. Ruth iiij. d.

a ¶ A ſacerdotio Non intelligas ꝙ ipſo iure poſſit ꝓmoueri: ſ; hoc ideo dicit, qꝛ ep̄s tenet̄ in hoc caſu diſpenſare: qꝛ diſpenſatio q̄nq; eſt debita: vt dixi.l.diſt. vt conſtitueretur.

b ¶ Repellitur. Sed nonne filij ſacerdotum ſerui ſunt eccleſie: vt.xv.q.vlti. cum multe qualiter ergo promouētur non adepta libertate? Sed dic ꝙ illud loquit̄ de his q̄ quaſi legitime ⁊ ſolēniter ducūt: † vel derogatū eſt ei cōtraria conſuetudine. iiij. di. §. leges.

† Sc; ⁊ vxores nō vt concubias ⁊ ita ēt intelligitur. lxxxj. di. q̄dā. ſm Ui. Hoſ. et Inno. q̄ ita not. ex̄ de cohā. cle. ca. ij. De h⁹ no. xxxij. diſti. eos. Archi.

ISmael. ¶ Caſus. Abraham authoritate ⁊ licentia ſue vxoris ſcilicet Sare cognouit agar ancillam: et ex ea genuit iſmaelem.

d ¶ ꝑtās. hanc olim habuerūt poteſtatē mulieres, vt de licētia vł poteſtate ipſarū viri poſſēt accedere ad ancillas ſuas: † et filij ita nati dicebātur potius filij domine q̄ ancille: ſed erat legalis filius domine, et carnalis filius ancille. Et ita ſecunduz legem moſaicaz mulieres poterant adoptare filios ‡ ſ; ſcđm legem iuſtiniani non poſſunt niſi fi. ij eius ſunt in bello acie amiſſi: vt in inſti. de adopt. §. femine.

¶ Contra. ¶ hec eſt tertia pars huius di. in qua probat cōtrariuz eius quod premittitur. Jo. de fan.

¶ Caſus. hactenus ꝓbauit ꝙ peccata parentum filijs non imputantur. Nunc vult ꝓbare cōtrariū per ſequens capi.

SI gēs. ¶ Caſus. Improperabat̄ Bonifacio in italia ⁊ frācia et etiā ab ipſis paganis, ꝙ gens anglorū ducebat fedam vitā adulterādo ⁊ fornicando ad inſtar ſodomitice gentis. Scribit ergo Bonif. regi anglo. dicens non eſſe mirū ſi nuper fuit ‡ in bello deuictus, cum ex tali cōmixtione vilis gens oriat̄, ⁊ libidinoſa nec deo amabilis: ⁊ hoc ꝓbat exēplo hiſpanorū ⁊ prouincialium ⁊ burgundionū qui tandiu fornicati ſunt donec per ſarracenos puniti ⁊ deuicti fuerunt.

e ¶ Degeneres. Quo ad fortitudinē ⁊ nobilitatē.

f ¶ Permiſit. Not. ꝙ ꝓpter delictū pmittit de⁹ inferri ‡ penas: vt. v. q. v. nō oīs. xvj. q. j. ⁊ tēporis, ⁊ ca. reuertimini. ⁊. vij. q. j. ſciſcitaris. (xxxv. qō. iij. quedā.

¶ Unde. ¶ Iſtud vnde ita continuatur: peccata parentum

cum nocent filijs: vnde non poſſunt promoueri niſi in cenobijs: vel niſi diſpenſetur cum eis.
Unde. Iſtud vnde continuatur ei quod dixi. §. in illo §. ſed hoc. in princi.

Apoſtolica. ¶ Caſus. In quadā eccleſia epāli duo fuerūt clerici, vnꝰ fuit electus ab eccleſia, et canonice, q̄ dignior erat: altero electo ab eccleſia: et digniori obijciebatur ꝙ erat filiꝰ ſacerdotis. Super hoc fuit conſultus papa: qui mandat electum canonice conſecrandū: non obſtante eo ꝙ dicitur filius ſacerdotis: ſi al's dignꝰ inueniatur.

Cum ergo. ¶ Iſte §. reſpicit illum §. ſupra, ſed hoc intelligendum. Et dicit Gratianus ꝙ illi qui dicūtur ibi eſſe promoti in ſummos pontifices, intelliguntur eſſe nati non de fornicatione, ſed de coniugio legitimo: quod olim fuit licitum omnibus ſacerdotibus: nunc autem licet tantum orientalibus.

## Si religioſi inuenti fuerint filij ſacerdotū, ordinentur.

Niſi aut in cenobijs aut in canonijs religioſe ꝓbati fuerint conuerſari filij ſacerdotum, non admittātur ad clerum.

Item Alex. ij. De eodem.

Apoſtolica authoritate precipimus vobis vt ſi eum q̄ ab eccleſia[a] electus eſt altero digniorē eſſe canonicā ꝙ eius electionē probaueritꝭ: fulti noſtra authoritate conſecretis. nā pro eo ꝙ filius ſacerdotis dicit: ſi cetere[b] virtutes in eum cōueniāt, non reijcimꝰ ſed ſuffragantibꝰ meritis continuēdo eū recipimꝰ. Hoc autē qđ de filijs ſacerdotū dicit: ex diſpenſatione eccl'ie introduci videt: ⁊ qđ ex diſpēſatiōe introducit, ad ſequētiā regl'e gn̄alis trahi nō pōt. Unde Urb. ſcribit Bar. turonē. archiepō.

## Filij ſacerdotū non prohibentur ab epiſcopatu ſi cetere virtutes in eis inueniantur.

Cenomanenſem electū[c] ꝓ eo ꝙ filiꝰ ſacerdotis dicit, ſi cetere virtutes in eum ꝯueniūt, nō reijcimꝰ, ſꝫ ſuffragātibꝰ meritis eū patienter ſuſcipimꝰ: nō tn̄ vt hoc ꝓ regula in poſterū aſſumat: ſꝫ ad tēpꝰ[d] eccl'ie periculo ꝯſulit. Cum ergo[e] ex ſacerdotibꝰ nati, in ſummos pontifices ſupra legantur eſſe promoti: non ſunt intelligendi de fornicatione[f], ſed de legitimis cōiugijs nati: que ſacerdotibus ante prohibitionem vbiqꝫ licita erāt, ⁊ in orientali eccleſia vſqꝫ hodie eis licere probātur. Quod autem vitium originis ſemini imputari negatur[g], videtur eſſe cōtrarium illi ſententie. Adulterorum filij, abominatio ſunt domino. Sed ſicut ſupra dictum eſt de preſbyterorum filijs, ita et hoc de filijs adulterorum intelligēdum videtur: vt illi dicantur eſſe abominatio domino: ad quos paterna flagitia hereditaria ſucceſſione deſcendunt. Similiter ⁊ illud vrbani intelligendum eſt quod ipſe ſcribit Petronio legioneñ. epō. De eodem.

Quia ſimpliciter ad ſedem apoſtolicam veniens humiliter peccatū confeſſus es quod pōtificij tui videbatur officium impedire, videlicet ꝙ ex matre non legitima procreatus ſis: quā viuente propria vxore pater tuꝰ cognouiſſe dinoſcit[h]: nos apoſtolice manſuetudinis gratia admonente, a ceteris que ſacerdotium impediunt criminibus, tam tui profeſſione, qꝫ fratrum teſtimonio qui tecum ſunt, immunem te cognoſcentes: et vitam[i] tuam religioſam audientes: ab huius te peccati vinculo abſolutum, in ſuſcepto ſacerdotali officio confirmamus[k].

a Ab eccleſia. Not. ꝙ dicitur ab eccleſia electꝰ qui a maiori parte capituli eſt electus: vt extra de elec. cū nobiſ. ff. ad muni. quod maior. extra de elec. cum inter. in princi.

Electꝰ a maiori parte capituli dicitur electus ab eccleſia.

b Cetere. i. proprie ponitur. ſic. xxvj. diſ. deinde. vel nomine ceterorum oēs comprehenduntur: vt. ff. de verbo. ſigni. ceterorum.

ſic. j. c. proxi. de hoc etiā le. ⁊ no. l. diſt. vt ꝯſtitue: ref. et ſm̄ hoc dic cetere. i. ſi oēs. Archi.

Hoc autē. ¶ Dicit Gratianꝰ ꝙ ſupradicta ca. in quibus dictum eſt ꝙ filij preſbyterorūꝫ poſſunt promoueri, ex diſpēſatione loquuntur, nec faciunt regulam generalem.

Cenomanenſem. Caſus. In eccleſia cenomaneñ. electus fuit in epiſcopum quidam filius ſacerdotis, quare q̄ſiuit Barto. turoneñ. archiepiſcopꝰ an propter hoc eum deberent repellere. Et reſpōdet papa ꝙ non, ſi alias bonus eſt: non tamen volumus vt in poſterum hec regula recipiatur, ſed vt ad tempus neceſſitati eccleſie conſulatur.

c Electum. Hodie non ſunt tales eligendi, ſed poſtulandi a ſolo papa: quia metropolitanus cum electo in epiſcopum non poteſt diſpenſare: vt extra de elect. innotuit.

Illegitimi ſunt poſtulandi.

d Sed ad tempus. i. j. q. vij. tali. Io.

e Cū ergo. Reſpicit primū §. huius diſt.

f De fornicatione. Non dicit bene: quia ſi eſſent legitimi, ſine diſpenſatione promouerentur.

Qđ autē. ¶ Caſus. Obijcit Gratianus ſibi in hoc §. et poſtea ſoluit dicens ꝙ illud qđ dictum eſt. §. in. c. vndecūqꝫ, ꝙ vitiū originis non imputatur ſemini: videtur contrarium ei quod dicitur in eccleſiaſtico ꝙ adulterorum filij abominatio ſunt domino. Sed dicit illud ſic eſſe intelligendum ſicut intelligitur quod ſupra dictum eſt de filijs preſbyterorum vt illi tantuꝫ dicantur abominatio eſſe domino, qui paterna vitia vl' flagitia eorum ſequuntur.

g Negatur. §. e. vndecunqꝫ.

Quia. Caſus. Hoc c. intelligitur ex diſpenſatione, ſicut illud ca. cenomañ. Petronius qui de adulterio natꝰ eſt, fuit in epm̄ legioneñ. electꝰ qui poſt electionem ad apoſtolicum veniens humiliter eſt confeſſus: papa vero audiens ipſum eſſe bone fame et bone vite ab his qui ſecum erant, ipſum confirmauit in dignitate ex diſpenſatione.

h Dinoſcitur. Argu. contra. ff. de acqui. here. ſed et ſi de ſua.

i Et vitam. Ex quo plura fecerunt pro ipſo, et tantum vnum faciebat contra ipſum, non debuit impediri eius promotio. xxviij. diſtin. de ſyracuſane. et. xiij. diſtinc. duo mala.

k Confirmamus. Et hoc fit ex diſpenſatione. Io.

Ubi ſ hoc. ſꝫ ſi aliqđ eſt prome. ⁊c. vt not. lj. diſti. ca. ij.